

quam potentissimo Judici; myrrham tanquam benignissimo Patri. Id. f. 26. in Epiph.

Quidam sunt boni perfecte; & isti offerunt Deo aurum: quidam sunt boni mediocriter; & isti offerunt Deo thus: quidam sunt mali; & isti offerunt Deo myrrham, per amaritudinem. S. Vinc. Ferr. f. 4. in Epiph.

Aurum Deo offerimus, cum per patientiam probati, in tribulationibus non deficiamus. Thus ei in ara cordis incendimus, cum, interno ejus amore flagrant, per studium compunctæ, & lacrymose orationis, ei placere contendimus. Myrrham quoque de nostri cordis arca proferimus, cum pro ejus amore, vigilando, orando, jejunando, petulantiam carnis edomamus. B. Ivo Carnot. f. de Epiph. D.

Offeramus ei de thesauro temporalium aurum; de thesauro corporis myrrham; de thesauro cordis odoriferum thus. Aurum illi offert, qui temporales divitias, quas possidet; in toto, vel in parte, Deo dicit; vel pauperum usus tribuit. S. Thom. Vill. f. in Epiph. D.

Per aurum elemosina, thus oratio, myrrham mortificatio carnis. Hugo Card. hic.

Hæc quoque munera & nos quoque spiritualiter Christo quotidie offerre debemus. Per aurum enim significatur fides illuminata, vel donum sapientiæ, vel charitas fervida. Per thus vero figuratur bonæ fæmæ suavitas, vita exemplaris; vel affectuosa, & dulcis oratio. Per myrrham signatur mortificatio carnis, seu bona opera. Dionys. Carth. hic.

TITULUS XXVII. MUSICA.

Quandocumque Spiritus Domini malus eripiebatur Saul, David tollebat citharam. 1. Reg. 16. 23. Potior vis hujus citharæ erat supernaturalis: nimirum quod David citharæ pulsus mentem suam excitabat; & ferventius oravit Deum pro Saulis salute. Unde Deus eum exaudiens, ob Davidis ferventes preces, & merita, abiecit dæmonem à Saul, & sibi restituit. Rupertus per citharam accipit dulcedinem prædicationis Evangelicæ: hæc enim sua suavitate ad se rapiunt omnes gentes. Cornelius hic.

In voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis. Pf. 41. 5. Si velis, te ipsum efficias citharam; cum carnis membra morte affeceris, & animæ cum corpore pulchrum concentum effeceris. S. Chrysol. hic.

Cum vidisset tibicines. Matth. 9. 23. hoc est, quosdam lugubres carmenantes, ad provocandum stectum in aliis. Tales inferebantur olim in funere magnarum personarum. Sicut enim quædam symphonica melodia, seu cantus, provocant ad audaciam, sicut in bellis; quædam ad læticiam; quædam ad devotionem: sic quædam inducunt & planctum. Dion. Carthus. hic.

Ubi tympana sonant, tibia clamitat, lyra garrat, cymbalum concremat; quis ibi Dei timor? S. Hieron. tom. 2. adversus Helvidium.

Elementum Musicæ est unisonum. Musica est plurium dissimilium in unum redactorum concordia. Rich. à S. Viç. tr. Exploit. l. 4. c. 8.

Restat, ut arbitror, Musicores voluptas. Habes organum ex diversis fistulis Sanctorum Apostolorum, Doctorumque omnium Ecclesiarum, aptatum quibusdam accentibus, gravi, acuto, & circumflexo: quos Musicus ille Dei, Spiritus S. per verbum tangit, implet, & resonat. S. Prosper de promissionibus &c.

Musici, diaboli sunt adulatores. Ugo Carens. in c. 9. Prov. Musicum Philomelæ debemus, si Democrito fides. Nieremberg. hist. nat. l. 1. c. 13.

NATIVITAS D. JESU.

S. I. Figurata, & prædicta.

Sua uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen ejus Isaac. Gen. 17. 19. Isaac risus interpretatur, quo nomine recte feminis Abrahæ, qui est Christus, felix natiuitas significatur: qui univertitati Sanctorum, quorum ex carne vera caro, & verus homo ipse est, sempiterni risus, & interminabilis gaudii, causa est. Quod gaudium, vel quem risum, omnium pulchre unus illorum prægravitavit, clausus adhuc in utero: exultavit in gaudio infans. Luc. 1. 44. Rupertus l. 5. c. 35. in Gen.

Risum facis mihi Deus. Gen. 21. 6. Quis est autem spiritualis risus, & gaudium Electorum? nisi is, de quo Angelus ait pastoribus. Luc. 2. 10. evangelizo vobis gaudium magnum. Dion. in Matth. Carth. 1. 2.

Hic est Bethleem. Gen. 35. 19. idest, domus panis, à fertilitate, quæ ibi fecit post famem; quæ accidit tempore Eli-melech, ut habetur Ruth cap. 1. Sicut Rachel Benjamin, ita B. Virgo peperit Christum in Bethleem; quasi suum Benoni, idest, unum dolorem. Ephrata Hebr. significat fertilem, fructiferum; est enim hic locus fertis. Corn. hic.

Orietur stella ex Jacob. Num. 24. 17. De Christi natiuitate manifesta, & vera, est propheta: qui & ipse stella clara est, & matutina. S. Rupertus hic.

O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem! 2. Reg. 23. 15. Stiebat David non aquam de lacu, qui est in Bethleem; sed oriundum ex Virgine Christum cum spiritu prævidebat, volebat ergo bibere, non aquam fluminis, sed potum gratiæ spiritualis: hoc est, non aquam stiebat elementum; sed sanguinem Christi. S. Ambros. lib. de Apologia David. c. 7.

Nunquid volebat rhinoceros servare tibi? aut morabitur ad præsepium tuum. Job 39. 9. q. d. feroc animal rhinoceros: nunquid vires, & industria, sunt tibi id Job, ut reti intercipias, & mansuetum deducas oneris jabulum in stabulum? ut eodem, quo asinus, & bos saginetur pabulo? idemque sunt tantæ victoriæ homini vires: isti Deo in præsepio recumbenti servatur rhinocerotis domi triumphus. Non miror Imperatorum de hostibus reportatas victorias: stupeo manufactas belluas; barbaras gentes, sub jugo Christi cervicem submittere. Arcones in If. 1. Dicit. 5.

Eccæ audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis sylva. Pl. 131. 6. gratulari David de inventa arca. Natum Jesum in speculna Bethlehemitica Vates intuetur; & inventa arca Corporis Domini, exultat. Theodoretus: Ephrata illa, quæ nunc appellatur Bethleem, nominabatur: ibi enim Christus D. ortus est. Sed cur Bethleem, & specus nati Christi, campus Sylvæ vocatur? quia Sylva latibulum bestiarum. S. Ambros. l. 2. de S. Spiritu c. 11. illa Sylva, ad quam Paulus lupus quidem raptor intravit; sed pastor exivit. Eramus ergo fera sed, per Spiritum S. jam leonum savitia, pardorum varietas alticia vulpium, luporum rapacitas, de nostris exolevit affectibus. Magna igitur gratia, quæ celo terras mutavit; ut conversatio nostra, sicut Apollolus dixit, in caelis sit; qui ante, sicut fera errabamus in Sylvis. Arcones in If. 1. Dicit. 5.

Orietur sol. Eccle. 1. 5. idest, Christus de Virgine; & occidit in cruce; & ad locum suum, idest, cœlum empyreum, vel ad sinum Patris revertitur in Ascensione. Hugo Card. hic. Oritur in Natiuitate ad illuminandum; occidit in Passione ad redimendum. Occidit sol in meridie, idest, in vehementi amore charitatis; ad locum suum vertitur in Ascensione; scilicet ad aquilonem in extremo examine. S. Bonaventura hic.

Indica mihi, quem diligit anima mea; ubi cubat in meridie? Cant. 1. 6. Per meridiem Christi accepit crucifixionem: in meridie, enim crucifixus est. Et Crux Christi Ecclesie, & Fidelibus, contra omnes perfectionum, & tribulationum, ælius, certum, fidumque, præstat umbraculum. Aurora ergo vite Christi fuit in Natiuitate, dies in prædicatione, meridies in cruce, vespere in sepulchro. Ita Philo Carpath. in Cant. hic.

Septuaginta hebdomades abbreviata sunt & ungetur Sanctus Sanctorum. Dan. 9. 24. Natiuitas Christi post septuaginta hebdomades annorum à tempore Danielis in Christo impleta est: quia ab illo tempore usque ad regnum Herodis tot hebdomades transierunt. Una autem hebdomada continet septem annos; omnesque simul continent circa quadringentos annos. Dion. Carthus. in Matth. 1.

In medio annorum notum facies. Habac. 31. Septuag. in medio duorum animalium cognoscitur. Tu, qui olim te manifestabas inter duos seraphinos clamantes Sanctus, Sanctus, Sanctus! If. 6. 3. & qui repræsentaris per arcam fœderis, quæ in medio erat duorum Cherubim splendendum velut aurum. 3. Reg. 8. 6. jaces in viili loco inter duobrura. Hic cognoscitur tua impensa charitas, misericordia, sapientia, bonitas, & omnipotentia. Ibi agnitus à regibus, & pastoribus. De Ponte in Cant. 1. 6. Exh. 4. 5. 2. Christus, inter bovem, & asinum, collocatus reipsa clamant illud. Pf. 72. 23. ut mentum saluum sum aqua te, ut tibi serviam per omnia, & totus, ut iumentum servit hero. Jumentum ergo designat sumam Christi humilitatem, obedientiam, & regnationem, laborem, patientiam, ac tandem sacrificium, & mortem. Jer. 11. 19. ego quasi agnus mansuetus; ubi Vatablus, Pagninus, & alii: ego autem sicut agnus, & bo. Cornelius in Hab. 3. Quid est, quod Sancti Patriarchæ in Chanaanorum terra sua corpora quiescere tanto desiderio concupiscunt? nisi quod humanæ salutis auctorem illic noverant de suo semine nasciturum, Petrus Damiani f. de translat. corporis S. Hilarii.

S. II.

Nascens Christi in nos amor.

Rogavit me cuius, ut irret in Bethleem. 1. Reg. 20. 28. ait Jonathas de Davide: & ait: dimittite me, v. 29. quoniam sacrificium solemnè est in civitate; unus de fratribus meis accersit me. Quam solenne sacrificium offertur in præsepio! puer ille, frater noster, omne vocat. Tacitus dicit, quod olim Joseph: fratres nos quæro. Alvarez Gen. 37. Illu. 30. Oculatus me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Tunc quodammodo venientibus ad se osculum dedit quodam Unicum suum in homine nasci voluit. S. Justus Orgel. hic.

Sicut malus inter ligna sylvarum. Cant. 2. 3. Quæ laus, sponsum humiliter arbori comparare? cum de se, qui est Sapientia æterna dicit Eccl. 24. 17. quasi cedrus, exultata sum. Cur non his arboribus, sed parvæ malo, sponsum assimilavit? Fateor, ait S. Bernardus, parva laus, quoniam parvulus. Non enim hoc loco prædicatur magnus Dominus, & laudabilis nimis; sed parvus Dominus, & anabilis nimis. Ergo non majestas attollitur hic; sed commendatur humilitas. Adde etiam; commendatur & charitas: nam sic DEUS dilexit nos, ut humilis, & parvulus fieret propter nos. De Ponte: hic Exh. 24. 5. Erat teste Pierio l. 54. malus hieroglyphicum amoris: eo quod jucundus esset pomorum ejus gustatus, & aspectus. Amores natos esse dicebant sub malo; sub ea lustrare amantes; malis se petere, & donare. Unde paulo post sponsa subjungit v. 5. sicut malus, quia amore languet. Et ad finem Cantici 8. 5. sponsum ait: sub arbore malo succurvi tibi; idest, cepi te amare. Comparat igitur illum malo; quia ex amore paraverit voluit homo inter filios hominum; sicut malus inter ligna Sylvarum, Id. ib.

Quis videtis nubem orientem. Luc. 22. 54. Theophylactus intelligit de adventu Domini in carne. q. d. Christus ad Jaxros: oportebat vos veluti nubem imbre, & ab austro æstus conjecit; sic etiam tempus hujus mei adventus probare, & conjectare: quod non venierim mittere pacem sed imbre, & tribulationem. Nubes enim & ipse sum, & ab occidente humanæ nature venio, quæ prius fuit humilis. Sed etiam veni ignem mittere, & æstus facere. Austro enim sum, spiritus fervidus, & frigiditati aquilonis contrarius: quandoquidem in Bethleem apparui, quæ ad Austrum sita est. Ita ille hic.

Jacet Deus in præsepio, quasi quidam adamas; trahens ad se per charitatem, jumenta, pastores, reges. S. Albertus M. l. 5. de Nativ.

O quanto labore, & quam ferventi amore, quæsitivè animam amorosis Jus; Virginis uterum vixgressus est; & dilectam animam more infantium vocat: A! A! A! Anima mea! anima mea! anima mea! te quero; pro te invenienti hæc peregrinationem assumo. S. Bernardinus l. 51. Art. 2.

S. III.

Christus nobis natus, omnibus utilis.

Et quæ sunt tempora, & illium convallium. Cant. 2. 1. Hodie divinus Redemptor, flos campi: in domo sine januis, nascitur: ut ad eum omnibus pateat aditus. Diez Natiuitas Dom.

Parvulus natus est nobis. If. 9. 6. Nobis, inquam, non sibi. Utamur nostro in nostram utilitatem, de Salvatore salutem operemur. S. Bernardus hom. 3. Sup. Miff. Verè tu miseris puer natus es nobis, non tibi: lucra nostra, non augmenta tua, nascens de nobis quæsit; Guaricus Abb. f. 3. de Nativ. D. Profus admirabile commercium! ut sumens carnem, largiatis detament! commercium, inquam, charitate, non cupiditate, contractum; indulgentiam quidem tux gloriosum; sed indigentia mee omnino lucrosam. Verè tu misericos puer natus es nobis, non tibi. Idem ib.

Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. If. 9. 6. Cum dicitur filius, non dicitur natus, sed datus: ut detur discretum inter hunc filium, & alios: alii filii nascuntur parentibus. Sic nato Seth dixit Eva: pueri mihi nascuntur Deus semel quid pro Abel! Gen. 4. 25. Sic Abrahæ de Sara dicit Deus: ex illa dabo tibi filium. Gen. 17. 16.

Uxor Elisabeth pariet tibi filium. Luc. 1. 13. At Jesus veniens in Mundum non tantum dicitur natus, sed datus omnibus in salutem. Hinc Luc. 1. 31. accipies. & paries filium: non dicit sibi. Hinc mater natum non tenet in sinu, sed reclinat eum in præsepio; tanquam hominibus eum tradens. Sylveira additamentum in Joan. 1. q. 8.

Pariet filium. Matth. 1. 23. Theophylactus! non dixit, pariet tibi; sed simpliciter pariet: non enim peperit illi, sed toti orbi: neque illi soli gratia facta est; sed in omnes effusa est.

Ille parvulus, ille infantulus fuit, ne tu vir possis esse perfectus: ille involutus in pannis; ut tu laqueis absolutus sis: ille in præsepibus; ut tu in altaribus: ille in terris; ut tu in A. P. Spanner Poly. Tom. II.

cœlis: ille alium locum in eo diverfiorio non habebat; ut titi plures haberes in celestibus mansiones. Meum ergo paupertas illius patrimonium est: & infirmitas Domini mea est virtus. Maluit sibi egere; ut omnibus abundaret. Meos vagientis infantia abluunt fletus; ut lacrymæ illæ delicta laverent; Plus igitur Domine Jesu injuriis tuis debeo, quod redemptus sum; quam operibus, quod creatus sum. Non prodest nasci, nisi redimi profuisset. S. Ambros. in Luc. 2.

Totus mihi datus, & totus in meos usus est. S. Bernardus f. 3. in Circumcis. D.

Nascitur Christus non sibi, sed nobis. Nascitur autem Filius Dei in homine; ut vel ita Conditorum suum intreri cuperet Mundus, S. Gaudensius tr. 9. fen. 2. de lœsione Evangelii.

S. IV.

Christus parvulus est, noli timere.

Votum tuum audivi in paradiso, & timui. Gen. 3. 10. Sed dum Angelus pastoribus dixit Luc. 2. 10. nolite timere; timore omni deponito confiderent dicunt: transeamus usque Bethleem. v. 15. Neque magi eum accedere timentur. Ubi Adam peccavit, Verbum necdum naturam assumpserat: sed cum homo natus; terrorem deposuit. S. Bernardus f. 1. de Nat. D. noli fugere, noli timere: non venit cum armis; non puniendum, sed salvandum requirit. Et ne forte dicas, etiam nunc: vocem tuam audivi & abscondi me. Gen. 3. 10. ecce infans est, & sine voce: nam vagientis vox magis miseranda est, quam timenda. De Castillo Illat. 58.

Intrate in conspectum ejus in exultatione. Pf. 99. 2. Quis exultans ante terrorem Majestatis supremæ? Archangeli tremunt, pavent Angeli, Potestates metuant, in faciem cœli pronunt Seniores: clementia fugient, solvantur saxa, montes desiliunt, terra tremat: & homo terræ quam interitus intrabit. Unde est? quod Propheta hoc nos debere facere sic profuimus? unde est? ex eo, quod sequitur: scire, quoniam Dominus ipse est Deus. v. 3. Quia Dominus ille Deus est, qui fuit in carne nostra pusillus. Hinc est, quod ille Dominus Deus est, qui fuit in cubulis nostris capax, dulcis in gremio, mitis in habitu, in nostro contubernio blandus. S. Chrysol. l. 6.

Mare vidit, & fugit Jordanus convolvere est retrosum. Joan. 3. 16. Pf. 113. 3. Fugit mare, & Jordanis: quia divinam presentiam formidant. Non sic Jordanis, cum Christus inter ejus undas tingeretur. Matth. 3. 13. & ambularet super mare. Matth. 14. 26. S. Cyrill. Jerol. Catech. 12. venit Christus ut baptizaretur, & baptisma sanctificaret; venit, ut miracula operaretur ambulans super aquas maris: quoniam, ante carnis assumptionem, mare vidit illum, & fugit Jordanis convolvere est retrosum. Assumpsit Corpus Domini, ut mare quæret; & Jordanis, sine timore illum susciperet. De Castillo ib.

Invenietis infantem pannis involutum, & possum in præsepio. Luc. 2. 12. Olim homines quatuor ob causas de Deo conquirebantur. 1. quod ea, qua vellet, facilitate Deum invenire non possent. Pf. 41. 4. fuerunt mihi lacryme ubi est Deus tuus? 2. quod manus habet graves. Job 13. 27. manus tuas longe fac à me. 3. Severè eum, & asperè, loqui. Ex. 20. 19. non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. 4. quod sedat in throno tantæ majestatis, ut alloqui eum non audeant. If. 6. 1. vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum. Nunc igitur nuntius Dei dicit: invenietis infantem. q. d. nulla jam est querelæ causa, Quæramini, quod inveniri non possit; nunc invenietis. Quæramini, qui est æterni Patris Verbum; & lacrymis, & vagitu, suaviter, & amanter, loquitur. Quæramini, quod manus habet graves; nunc invenietis infantem pannis involutum; nunc vincas habet manus. Quæramini, in sublimi throno sedere; nunc invenietis possum in præsepio; non Seraphinis, sed animalibus, cinctum. Diez, conc. 3. in Nativ. D.

Noli fugere, noli timere; non venit cum armis. Non puniendum, sed salvandum requirit. Parvulus factus est, tenera membra Virgo mater pannis alligat; & adhuc timore trepidas? S. Bernardus f. 1. in Nat. D.

Parvulus natus est nobis, mitis, & humilis. Ad parvulum accedere quis formidat? parvulorum mores omnes agnoscitis; una lacrymula placatus offensus; injuriarum non recordatur. Accedit ergo ad eum peccatores, nunc dum parvulus est; dum generis, & majestatis, videtur oblitus. Accedite, nolite timere; irasci nescit, ferire non novit. S. Tho. Vill. f. de S. Steph.

Nascitur parvulus, ut non formides potentiam; nascitur nobis parvulus, ut non formides justitiam. Deum habemus parvulum; ut eum cupere possimus. Sanct. Bonav. let. 13. in Nat. D.

Deus in summa paupertate, & nuditate natus; ut inde se accessu facillime perceraret. Quidquid magnum excelsum; Verbum in Mundo nascens in primis deponit; ne majestate detererent homines; sed visitate, & facilitate caperet. &







§. XI.

Nativitatem Christi cole, ama, imitare, non offende.

Rea Dei, & Israel, habitant in papiionibus, & ego ingrediar domum meam, ut comedam, & bibam? 2. Reg. 11. Utinam hoc Christiani dicerent Dei Filius incarnatus, & sanctissima eius Virgo Mater, in stabulo habitant; ego vero delictis vocabo? nullo modo hoc faciam. Diez. conc. 2. in Nat. D.

Nisi convulsi fueritis, & officiamini sicut parvuli etc. Matth. 18. 3. Ad parvuli formam se componere debet, quisquis celestia regna cupit hereditate. Sed ad cujus parvuli formam gratior erit conversio? pueruli Jesu formam libeat regni candidatus. S. Leo f. de Nat. D. amat Christus infantiam, quae majorem dirigit mores; ad quam senum reducit aetates; & ad eos fiam inclinat exemplum, quos ad regnum sublimat aeternum. Baeza l. 1. c. 3. §. 4.

Quid in thesauro Dominicae largitatis, ad honorem presentis festi, tam congruum possumus invenire, quam pacem; quae in Nativitate Domini prima est Angelico praedicata conceptu? Ipsa enim est, quae parit filios Dei, nutrix dilectionis, & generis unitatis; requies beatorum, & aeternitatis habitaculum. S. Leo f. 6. in Nat. D.

Frater, & vos invenietis hodie infantem pannis involutum, & possum in praesepe altaris. Sicut enim Mater Maria quibusdam aspernentis pannorum involuit infantem: sic mater gratia defensoris speciebus rerum ejusdem factis. Corporis nobis obtegunt veritatem. Guericus Abb. f. 5. de Nat. D.

Margarita de Cortona dixit Jesulum in Nativitate: filia, pere à me modo quidquid vis. Et illa: Domine Jesu! concede mihi ut nunquam te offendam. Boll. 22. Febr.

Post mortem B. Margaritae V. tertii Ord. S. Dominici memores Fratres, sapè ab ea dictum in vivis, pretiosum thesaurum se in corde suo gestare; illud rimantur, & tres lapides vident mospilorum magnitudinem: in primo imago B. Virginis coronatae, secundus puelum in praesepe medium duobus animalibus, tertius S. Iosephum, reterebar. Boll. 13. Apr.

Alphonus Rex Hisp. ipso nati Servatoris die monitus à suis Ducibus; facile nunc, & oportune, hostes opprimi posse; respondit: plaris ego hunc unum diem facio, quam omnes victorias. Postea nihilominus felicissima potius est victoria Drex. Delic. gent. hom. in appendic. de Nasc. Jesu §. 10.

§. XII.

Apparitiones Jesuli, beneficia.

Uero, cum expectaret in templo Matutinum nocte Nativitatis, apparuit Jesulus infans specie pulcherrima se cordi eius dulcissime communicans. Ex Vita S. Bernardi l. 1. c. 2. B. Bonifacius Ep. Laurentinus, cum nocte Nativitatis ob morbum celebrare non posset; decumbens valde contristatus, eaque de re conqueatus B. Virgini. Cui statim apparet. Filium suum panniculis involutum posuit super lectum ejus: infans vero extraxit manum de panniculis; & levavit pannum de facie sua ostendens ei pulchritudinem faciei suae. Tunc Episcopus mirè exhilaratus dixit: si nihil aliud esset in paradiso, nisi illa facies benedicta, dignum esset pati omne, quod triste est; ut videri posset facies illa gloriosa. Boll. 19. Febr.

§. XXX.

Festum seu Natalis Domini.

In lectulo meo per noctes quasi etc. Cant. 3. 1. Qui per noctes quaerit, non videtur mihi tam aspectus, quam amplexus; lectari: tenere magis optat, quam intueri. Amplexus quaere dilecti, ignorantiae tuae nox; imò noctes ignorantiarum tuarum; serenam tibi admittit visionem secretorum celestium. Nox non praescribit delictis; nam & ipsis aliquotiens illustratur. Nox, inquit, illuminatio mea in delictis meis. Et in hac nocte potest Jesus meus magis dulci quodam affectu suaviter sentiri, quam sciri ad puerum. Gilbertus f. 1. hic. Adest Christi multum desiderata, & diu expectata, Nativitas. Gaudia nobis coelestia nuntiantur, letitia imperatur. S. Cyprianus de Nat. D.

Salvator noster dilectissimi hodie natus est. Gaudeamus: neque enim fas est locum est tristitia, ubi natalis est vite. S. Leo f. 1. in Nat. D.

Mox ab omnibus voluit agnosci, qui dignatus est omnibus nasci. S. Leo f. 1. in Epiph. D.

Bene sanctam hanc diem Natalis Domini solem novum vulgus appellat: si enim obscuratur sol, cum Christus patitur; necesse est, illum splendidius solito lucere, cum nascitur. S. Ambros. f. 16. de Nat. D.

Dulcis dies, vere dulcis dies, & cunctis poenitentibus veniam portans. Promitto vobis filiole, & certus sum: quia in hac die si quis ex corde poeniterit, & ad vomitum pecca-

ti reversus non fuerit, quodcumque petierit, dabitur ei: tantum in fide non dubitet. Hodie totius Mundi peccatum tollitur, & peccator desperet? S. August. f. 3. in Nat. D.

S. Chrysof. or. de B. Philogono festum Nativitatis Christi vocat omnium festorum metropolim.

Jure, meritoque, lucem hanc diem dominam appellaverit. S. Sophronius or. in Nat. D.

Nocte Dominica natus est Christus, consonante mirabilium suorum ordine: ut, quod die dixit fiat lux: ejusdem diei nocte oriretur in tenebris tamen rectis corde. Rupertus l. 3. de div. off. c. 16.

Dies misericordiae, est dies natalis Domini; in quo nobis ortus est sol justitiae. S. Thom. Aqu. D. 1. adv.

Nulla est creatura, in qua non fuerint monstrata, & offensa miracula in Nativitate Christi. Ea nocte, qua Virgo peperit, funditus corrui templum pacis. Per totum Mundum (idem sensit Hieron.) universa idola corruerunt. Fons Romae pro aqua oleum emanavit. Aer ipsa nocte tanta claritate resulit, quod noctem in lucem diei converterit. In caelo tres soles visi sunt in Oriente, qui divisi incesserunt, in ipsa noctis hora in unum solem conversi sunt. Hac die Magis orantibus stella mira claritate apparuit, quae eos in multam admirationem convertit: nam formam pulcherrimi pueri habebat, in cuius capite crux fulgebatur, dixitque eis: in Judaeam ite, Regem natum quaerite. S. Mater cum puerum paritisset, & eum in praesepe collocasset; mox bos & asinus, genu flexerunt, & eum adoraverunt. S. Bonavent. l. 13. in Nat. D.

Tunc illuxit nobis dies redemptionis novae, reparationis antiquae, felicitatis aeternae; tunc per totum Mundum mellissim facti sunt coeli. Id. de signo vite.

Magna cathedra praesepe illud, ex quo cunctis mortalibus Dei loquitur sapientia, coelestis in stabulo Magister legit. S. Thom. Vill. f. 1. in Nat. D.

§. XIV.

Christus nascitur in nobis spiritualiter.

Um natus est Jesus in Bethlem Juda. Matth. 2. 1. Juda Confesso, Bethlem domus panis, Confessio, & Eucharistia his nominibus adumbrantur: quae qui colunt, securus est; quod suo in corde puer Virginis oritur. Oliva t. Strom. hic.

Et peperit filium masculum. Apoc. 12. 5. In unq quolibet spiritualiter nascitur Christus: Ecclesia autem paritit, factisque involvit: donec Christus natus in nobis formetur: atque ita uniusquique Christi participatione Christus quodammodo efficiatur. S. Andreas Caesar. l. 11. in Apoc.

An nescis, quia ex semine verbi Dei, quod seminatur, Christus nascitur in corde Auditorum: hoc enim dicit Apostolus, donec formetur Christus in vobis. Gal. 4. 19. S. Cyrill. Alex. l. 12. in Levit.

Vos Ecclesiae Pastores, vos Episcopi, & sacerdotes audite, & intelligite: vobis Angelus loquitur; vobis hoc gaudium magnum evangelizat. Nuntiate ergo, quod audistis; praedicate, quod vidistis; nolite celare, quod cognovistis. Toties enim Christus in stabulo, oritur toties ut parvulus in praesepe ponitur; quoties Virginis partum, & Christi Nativitatem, aliis nuntiat. Euseb. Emis. in nocte Natalis D.

Utinam inveniamur & nos Bethlem Judae, utin nobis quoque dignetur nasci: nam domus panis, quod Bethlem sonat, ad preparationem fortasse videtur magnopere pertinere: quomodo enim ille paratus est, ut excipere tantum hospitem posset, qui dicit: quia non est in domo mea panis &c. S. Bernardus f. 6. in Vig. Nat. D.

In te est, utrum sis pater, an mater; an potius utrumque, pater, & mater. Potes Deum gignere in corde tuo, & in corde alieno; & potes eum excipere à corde tuo, & ab ore alieno. Intellectu gignitur, consensu concipitur, affectu nascitur, effectu nutritur. Nostri voluntatem Dei; consensu ei; & conceptu. Amando parvulus, operando nutrius. Richardus à S. Vict. Annot. in Pl. 25.

Christus concipitur per affectum, nascitur per effectum, nutritur per profectum. Innocentius P. III. f. 3.

Dei Filius spiritualiter nascitur in mente; cum, post sanum consilium, post disculum sufficienter negotium, post invocatum divinum patrocinium; sanctum propositum, perducitur ad effectum: cum jam anima incipit agere, opere perficere, quod diu pertractavit in mente. S. Bonavent. 2. solem. de Nat. pueri Jesu.

Miscellanea.

Ego quasi Agnus mansuetus. Jer. 11. 19. Clem. Alex. l. 1. Paedag. c. 5. Quoniam Scriptura pueros, & infantes, agnos vocat; Deum, qui est verbum, qui propter nos homo factus est; qui nobis in omnibus assimilari volebat; vocavit agnum Dei, Filium Dei, infantem Patris. Cornelius hic.

Puer autem crepescat. Luc. 2. 40. Bene puer dicitur Christus: sicut

sicut enim puer cum matre, cum pueris, cum floribus, cum brachiis, libenter esse solet: sic puer Jesus delectatur in matris Ecclesiae felicitate, in puerorum per innocentiam societate, in florum virtutum venustate, in brachiorum operum charitate. S. Bonavent. f. 4. D. infra Nat.

Non consolatur infantia Christi garrulos, non consolantur Christi lacrymae cachinnantes, non consolantur pannis ejus ambulantes in stolis; non consolantur praesepe, & stabulum, amantes primas cathedras in Synagogis. S. Bernardus f. 7. in Nat. D.

Quam felix, quam amabilis Nativitas tua puer Jesu; quae Nativitatem omnium emendat, conditionem reformat, praedictum solvit, chirographum demoratæ naturae rescindit. Guaricus l. 3. de Nat. D.

TITULUS II. NOBILITAS.

§. I.

Vana de ea gloriatio.

Pater noster Abraham etc. Joan. 8. 39. Non prodest nobilitas generis; & paterna bonitas in filios non transfunditur; neque virtus more hominum, aut arborum, propagatur: quoniam tantum caro de carne nascitur; non virtus originem habet ex carne, cujus solus Deus potest esse largitor. Inaniter igitur Judaei de Abraham sibi gloriam vendicabant; quod de suis lumbis essent traducti continuata propagine. Sim. Cass. l. 11. c. 39.

Admonetur etiam hic divites, vel genere nobiles secundum saeculum; cum Christiani fuerint, non superbire adversus pauperes, & ignobiles; quoniam simul dicunt Deo: Pater noster. Quod non possunt vere: & pie dicere, nisi se fratres esse cognoscant. S. August. l. 2. f. 8. de serm. D. in monte.

Vere liber, & solus princeps, ac rex regum, ille est qui passionibus immunis est. S. Chrysof. hom. 59. in Matth. c. 18.

Pulvis unus omnes sumus. Mihi servus est, quisquis turpiter, ac flagitiose vivit: mihi liber est, quisquis virtute, & viceque integritate praestat. S. Greg. Naz. in nobilem male moratum.

Præstat in obscuritate generis virtute, quam in majorum charitate vitii, cumulat. Nam & rosa, licet ex aspera spina nascatur, fragrantissimum tamen odorem afflat. Id. ib.

Si nobile de auro, & ignobile Deus fecisset de luto, causam fortasse aliquam superbiendi haberet nobiles: sed, cum omnes finis de materia; & vana est corum gloriatio: Broyard. Nobilitas.

Multa sidera. Lem. Simili ab ortu. Seneca ep. 44. Plato ait: neminem regem non ex servis esse oriundum; neminem non servum ex regibus. Picinelli.

§. II.

Nobilitas vana sine virtute.

Qua utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Pl. 29. 10. q. d. ait Incognitus: nulla est nobilitas, ac decor in sanguine meo; & genere; dum in peccata incidit. Sylveira addit, in Luc. 13.

Quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turridam? Jerem. 2. 18. S. Hieron. l. 1. in c. 2. Habac. quamvis de paradiso flumina Aegypti exire credantur; tamen, quia conculcantur pedibus Pharaonis, & luto Aegyptio violata sunt; perdidit splendorem suum.

Fuit in diebus Herodis. Luc. 1. 5. Dum Lucas Zacharie dignitatem, & nobilitatem describit, apponit verbum fuit, praeterit temporis: dum autem ejus & uxoris, sanctitatem, narrat; ponit verbum Erat imperfecti temporis: erat iusti ambo ante Deum. v. 6. verbum fuit significat rem praeteritam ac transactam; verbum autem erat aeternitatem ac permanentiam: & ideo usus est eo Joannes in generatione aeterna: in principio erat verbum. Omnis hujus saeculi dignitas, & nobilitas, cito deficit; justitia autem coram Deo in aeternum durat. Sylveira c. 4. in Luc. 1.

Hi, qui amilli sunt stolis albis, qui sunt? & unde venerunt? Apoc. 7. 13. Responsum v. 14. hi sunt, qui venerunt ex tribulationibus magna. Duo quarebat Senior ex Joanne: qui sunt hi? & unde venerunt? respondit sibi secunda quaestioni. Cur non prima? quia quaestio prima inquit in personas, earumque originem. Haec quaestio sine responso: in domo enim Dei nulli datur gloria, & beatus, pro qualitate praesepis: haec enim nihil valet, nisi virtuti juncta. Didacus Nyss. Pol. coel. p. 1. l. 2. c.

Qui generis splendorem jactatis, date operam, ut mores quoque nobilitatis. S. Gregor. Naz. or. 27.

Nihil mihi conducit martyr pater, si non bene vixero; & amavero generis mei nobilitatem. Origenes hom. 4. in Ezech.

Quae utilitas ex claris, & probis, parentibus originem ducere; te autem bonae vite esse expertem? aut quod damnum

fuerit, si parentes, aut progenitores, fuerint ignobiles, & obscuro; ipse autem virtutibus floreat? Sancti. Chrysof. hom. 23. in Gen.

Nihil est viro vilis (cui rex fit) quando est vitio deditus: quemadmodum nihil est vel captivo regalium, ac magnificientium; quando virtutem perdidit. Id. in Pl. 6.

Annulus sine gemma. Lem. Desei optimum. Nobilitas sine virtute. Mafen.

§. III.

Nobilitas vera in quibus consistat.

Ex Veteri, & Novo.

Ego tuli Levitas à filiis Israel pro omni primogenito. Num. 3. 12. Origenes hom. 3. in Num. notat, Levitas assumi pro primogenitis; cum tamen, ut refertur. Gen. 49. 3. Levi non fuerit primogenitus Israel, sed Ruben, secundus Simeon, tertius Levi. Quomodo ergo Levitae in primogenitos assumuntur? Quia apud Deum non illi primogeniti habentur, qui corporea natiuitate praecellunt; sed meritis. Castilio ad c. 28. Ex. II. 3.

Ecco vir Dei est in civitate hac, vir nobilis. 1. Reg. 9. 6. S. Gregor. hic: nobilis dicitur, qui supra conversatione conspicuus est; & de mundanae vite sulcitate nihil habet. Cepit David aream Sion; hac est civitas David. 2. Reg. 5. 7. Cajetan. hoc est ad differentiam Bethlehem, quae erat civitas Davidis; quia inde erat oriundus. Author. Imp. op. hom. 4. in Matth. quid prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? aut quid nocet ei generatio vilis, quem mores adornant? Ipse se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in paribus. Aurum de terra nascitur; sed non est terra: & stannum de argenteo egreditur; sed non est argentum. Didac. Nyss. in Phoen. Grac. l. 1. c. 7.

Erat vir ille magnus inter omnes Orientales. Job 1. 3. Origen. l. 1. in Job elegit: fuit autem hic homo (Job) de genere optimo ex partibus orientalibus. Job erat Idumaeus ex profapia pessimi Esau: quomodo ergo dicitur ex genere optimo? Praelara Job nobilitas per avos non veniebat; sed à magnis virtutibus. Origen. quomodo de genere optimo erat, quid de talibus nascebatur? Ruben primogenitus Jacob, Simeon, & Levi. Qui ex Israel sunt primogeniti, de genere optimo non dicuntur. Job vero, qui ex impiis ortus est, idest, ex filiis Esau; hic de genere optimo dicitur. Ergo, inquit, non carnalem generationem significo, non perentem generositatem laudo: nam hac apud Deum non magni penduntur; haec à creatore non requiruntur. Sylveira Addit, in Matth. 1. Notandum, ait S. Hieron. in genealogia Salvatoris nullam sanctarum assumi mulierum; sed eas, quas Scriptura reprehendit. Ex sunt Bethabée, & Thamar, Ruth, Rahab. Cur vero Salvator noster ex profapia nasci voluit, in qua & mulieres non paucae fuerant flagitiosae; & viri multo sceleribus cooperati: qui poterat sibi homines, ex toto mundo purissimos, & sanctissimos diligere majores, ex quibus nasceretur? Euthymius in c. 1. Matth. per talia docemur, non de primogenitorum peccatis, sed de propriis erubescere: neque de majoribus gloriari; sed propriae curam habere virtutis. Did. Nyss. in Phoen. Grac. l. 10. c. 6.

Ex ea, qua fuit Uriz. Matth. 1. 6. Hic quoque ejus, quae fuit Uriz, mentionem facit. Ut doceat, quod nemo debeat erubescere propter progenitores; sed dare magis operam, virtute sua illos clariores efficere: & quod omnes accepti sint Deo, etiam si sortito nati; modo virtute sint praediti. Theophylactus hic.

Qua est mater mea? & qui sunt fratres mei. Matth. 12. 48. Una sola, & vera; & communis, nobilitas est, atque necessitudo cum Christo; ut voluntatem Dei facias. Multo propinquiores Deo sunt, qui voluntatem ejus faciunt; quam qui summa carnis necessitudine conjunguntur. S. Chrysof. hom. 45. in Matth. hic.

Unde huic sapientia haec, & virtutes? nonne hic est fabri filius? Matth. 13. 54. 55. Abulens. q. 83. hic. Quare Nazarenus dixerunt; quod Christus erat filius fabri? voluerunt contemnere eum de humilitate cognationis suae. Imò ob hoc potius Judaei Christum laudare, & honorare debuerunt; quod homo de humili plebe natus, & ad tantam probitatem, & ingenii gloriam pervenerit.

Resplendunt facies ejus sicut sol. Matth. 17. 2. Cur Christus non ut ignis, sed ut sol, resplenduit tunc, cum aeterni Patris filius proclamatus fuit? Jo. Cluniac. c. 2. de Nat. differt lumen, quod oritur ab igne, & quod à sole: quia ab igne semper habet fumum, & aliquam impuritatem admixtam; ideo dicitur à Philosophis infumatum. Ita ille. Ignis lumen sumptu, & impendio, nutritur alieno; sol de suo fulget. Didacus Nyss. in Phoen. Grac. l. 1. c. 7.

Ex Patribus, & aliis.

Sola apud Deum libertas est, non servire peccatis: summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. S. Hier. ep. 14. fortè Paulini Ep. ad Celantiam Matronam de ratione pie vivendi.



Probat viri genus, virtutis profapia est: quia sicut hominum genus homines; ita animalium genus virtutes sunt.

Vilitas paterni generis nulla ex parte obscurat filii virtutem: neque nobilitas censetur; eo quod est magnatum sanguine sis prognatus; sed si ipsi efficacis magnus.

Illud quidem inter omnes fanz mentis homines constare arbitror, eruditionem inter humana bona primarium locum tenere. S. Gregor. Naz. or. 30. in laudem Basili.

Nobis ipsi quodammodo patres sumus; quando per bonum animi institutum, liberumque arbitrium, nos ipsos formaverimus, & generimus, & in lucem ediderimus.

Miscellanea.

Data annulum in manu eius. Luc. 15. 22. Cur pater mandari annulum? Annulus signum nobilitatis, & libertatis; per quem Equites à plebeis, & servis, distinguebantur.

TITULUS III.

NOMEN.

S. I.

Proprio vocari, amoris signum.

Abraham! Abraham! Gen. 22. 1. Expressio nominis signum est familiaritatis. Ex. 33. 12. novi te ex nomine. Luc. 16. Lazarum quasi familiariter nominat: divitem non. Joan. 20. 16. dixit Dominus: Maria & ipsa Rabboni idest, cognita cognoscit. Geminatio autem nominis, magnæ familiaritatis est signum. Hugo Card. hic.

Vocavi te nomine tuo. II. 43. 1. Alludit ad morem heroum benignorum; qui servos, quos amant, nomine proprio vocant. Sic Deus ait: Israel veni. Cornelius hic.

Vocat eum nominatim. Jo. 10. 3. Nomen hominis inditum, & ab alio pronuntiatum, miram habent vim, ut hominem excitet sive dormientem, sive morientem. Doultreman l. 5. c. 2.

S. II.

Nomina Christi.

Et vocatur nomen eius Emmanuel. Et. 7. 14. Vide, quam pulcher, & rationalis, ordo sit hujus; & ceterorum nominum. Primum Emmanuel, idest, nobiscum Deus: pro causa videlicet, quæ prima est in ordine; quia habitat in nobis Deus homo factus. Secundum: Accelera, spolia destrahere. Ea videlicet pro causa, quia moriendo fortem armatum diabolum superavit, & spolia distribuit. Tertium: quia admirabilis: videlicet, quia surrexit à mortuis, & ascendens in caelum, gloria, & honore coronatus sedet à dextris Dei. Quartum Conflitans: ex eo scilicet, quod dans Paraclitum Sanctum Apostolis suis, consilium habuit cum eodum spiritu confilii, de repellendis Judæis, & vocandis Gentibus. Quintum Deus: quia exinde omni modo verè adoratur ut Deus. Sextum Fortis: quia verè fortis in judicio, quo expectatur, apparebit. Septimum Pater futuri sæculi quia nimirum peracto judicio, non jam ut Dominus fervorur, sed ut Pater filiorum regnabit. Octavum Princeps pacis quia revera laudabitur in æternum, & grates habebit, ut author pacis; quia Deo sumus reconciliati per mortem ejus, qui eramus inimici. Rupertus l. 1. in Matth.

Fili David, filius Abraham. Matth. 1. 1. O quam disparia nomina assumit Deus in Novo Testamento, ab his, quæ in veteri. Tunc enim plerumque vocabatur Deus Abraham, Isaac, & Jacob; Deus hominum iustorum: quos, sicut David, peccatis necimus. Nunc autem filius David peccatoris, filiusque Abraham iusti, dicitur: quia non modo iustos, sed & peccatores recipit. Diez conc. 1. in Nat. B. V.

Vocabunt nomen ejus Emmanuel. Matth. 1. 23. dicunt Hebraei: quomodo ergo non vocatus est Emmanuel, sed Jesus Christus? Dicendum: quod non dixit, vocabis; sed vocabunt: hoc est, opera ejus demonstrabunt, eum Deum esse, & nobiscum conversari: divina enim Scriptura ex operibus imponit nomina Theophylactus in Matth.

Nomina data sanctis à Deo.

Ubi Deus. Gen. 17. 5. Abraham ingentes glorias promittit, literam He nominis divini ejus nomini addit, ut deinceps vocaretur Abraham: ut ostenderet, non modo se bona sua ei impperitururum verum etiam seipsum. Bacza l. 1. c. 6. §. 1. Et in calculo nomen novum scriptum. Apoc. 2. 17. An non fat erat, ore enuntiar? cur insuper scribitur? Quod scribitur, diutius perseverat, quam quod ore profertur. S. Bonavent. in c. 1. Luc. rectè dicitur scriptum nomen Joannis; ob indelebilem firmitatem: quia nomen ejus scriptum in libro vite. S. August. in Pf. 44. lingua mea calamus scriba, quare linguam suam esse dixit calamus scriba, quia quod lingua dicitur, sonat, & transit; quod scribitur, manet. Sylveira hic. Habent hoc merita Sanctorum, ut à Deo nomen accipiant. Sic Jacob Israel dicitur, quia Deum vidit. Sic D. N. Jesus nominatus est: antequam natus. S. Ambros. l. 1. in Luc. Et factum est in die octavo &c.

S. IV.

Nomina sancta filii data.

Quem vocavit Enos. Gen. 4. 26. Non solum hic parentum monstratur pietas; sed & magna erga pueros diligentia. Et quomodo statim, & à principio erudebant pueros, qui ipsi nascebantur; admonente appellatiombus, quasi illis impotuerant; ut virtutem exercerent; & non, sicut nunc fortuito, & absque causa nomina sunt. S. Chryl. hom. 20. in Genes.

Et genuit Malalael. Gen. 5. 13. Hebr. idem est, quod laudans Deum; quem pater Cainan ita vocavit; ut seipsum ad jugem Dei laudem excitaret. Cornelius hic.

Quem vocavit Simeon. Gen. 30. 20. Simeon, idest auditio, vel exauditis. Notent matres; & imitentur pietatem, ac gratitudinem Lix; quæ perennem memoriam beneficii divini, puta prole, in nomine ejus constituit: ut, quoties prolem videret, & nominaret, toties beneficii divini recordaretur. Sic Anna vocavit Samuel; idest, postulatorem, & imperatorem à Deo. 1. Reg. 1. 20.

Quem vocavit Geofan. Ex. 2. 21. Dat rationem, cur eum sic vocet: scilicet quod ipse Moyses advena, & peregrinus, fuerit in Madian. Nomen secundo filio dedit Moyses Eliazar; id est, Deus meus adiutor; ut doceret, liberos esse monumenta divinæ largitatis, Deique semper esse memores proleque sancti, aut sanctæ alicujus nomine nuncupare. Cornelius hic.

Vocavitque nomen ejus Samuel. 1. Reg. 1. 20. idest, postulatorem à Deo: ut, quoties puer hoc suum nomen audiret; recordaretur, se à Deo per miraculum matri voverit donatum: ideoque se totum, quod esset, & viveret, debere Deo, quasi peculiarem Dei filium; & ac proinde totum fe ei traderet. Cornel. hic.

S. V.

Nomen non sit inane.

Ex Veteri, & Novo.

Secundum nomen suum Deus; sic & Lau tua. Pf. 47. 11. S. Ambros. in Pf. 45. quid est nomen, nisi quod proprie uniusquisque significatur. Et in nomine tuo &c.

Beatus es Simeon Bar-Jona. Matth. 16. 17. Cur vocatus beatus, qui nondum æterna beatitudine fruitur? Non deest possessio, ubi adiunt media. Abulens. q. 61. hic: accipiendum proprie beatum, vocat eum beatum: quia pro confessione fidei debetur æterna beatitudo. Castillo Illat. 23.

Nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Luc. 1. 61. Non secundum nomen, quod ab hominibus imponitur, adscribuntur in libro viventium; sed secundum nomen, quod sortitur in cognatione virtutum. Sim. Cass. l. 3. hic.

Demine, vis, dicimus, ut ignis descendat de caelo, & consumat illos. Luc. 9. 54. S. Ambros. l. 7. hic: bene presunt, quia ad sermonem suum ignis de caelo descendet, quoniam filii sunt tonitru. Marci 3. 17. imponit eis nomina Bonaverger; quod est, filii tonitru. Didac. Nyfl. Dol. cœl. p. 1. l. 5. c. 4.

Dicit ei Simeon Petrus. Joan. 13. 9. Cùm regnaret v. 6. & 8. solum dicitur Petrus. At modo, cùm obedit, dicitur Simeon Petrus: tunc enim hoc nomen meritis. Sylveira hic.

Paulus servus Jesu Christi, vocatus Apostolus. Rom. 1. 1. Anselmus: nondum fe dicit Apostolus: quia nondum Romanis prædicaverat, nec adhuc Apostolus esse videbatur. Apud Mendozam in 1. Reg. 8.

Nomen habes, quod vivas & mortuus es. Apoc. 3. 1. Diem te vocant, & nos es; solem dicunt, & tenebre es, patrem nominant, & tyrannus es. S. Gregor. Nyfl. or. de Christ. perf. tales in omni vita nos præstamus, quales requirit Christiani nominis excellentia. Did. Nyfl. pol. cœl. p. 1. l. 5. c. 4.

Ex

Pacha Hebr. transiens dicitur, vel profectus: scilicet quia per hoc mysterium de peccatoribus ad meliora transiit. Bonus transtus est transire de peccatis ad iustitiam, de vitiis ad virtutes, ad infantiam de senectute. S. Maximus hom. 4. in festo Palch.

Dignè noscamus, quid sumus; & quod sumus professione, actione potius, quam nomine demonstramus; ut nomen congruat actioni, actio respondeat nomini: ne sic nomen inane, & crimen immane: ne sit honor sublimis, & vita deformis; ne sit Deifica professio, & illicita actio; ne sit religiofus amicus, & irreligiofus profectus: ne sit gradus excelsus, & deformis excessus; ne habeatur in Ecclesia cathedrâ sublimior, & conscientia sacerdotis reperitur humilior; ne locutionem simulem columbinam, & mentem habeamus caninam; ne professionem monstramus ovinam, & ferocitatem habeamus lupinam. S. Ambros. lib. de dignit. Sacerd. c. 3.

An idem tibi bellus, videris, quia saluto vocaris nomine? Parce non & lucus ideo dicitur, quod minime luceat: & Parce, quod nequam parcat: & Eumenides furiz, quod non sint benigni: & vulgo Æthiopes vocantur argentei. S. Hieron. ep. 100.

Tales in omni vita nos præstamus, quales requirit Christiani nominis excellentia. S. Gregor. Nyfl. or. de Christiana perfectione.

Certum est, quod unusquisque vel Angelorum, vel hominum, ex his, quæ sibi injunguntur, officiis, & actibus, etiam nomina sortiantur. Origenes hom. 24. in Josue.

Fratres, Paterfque, nihil est felicius, vel nostrate vita, vel instituto sublimius; si, quales nominamur, vivimus, nec nomenclaturæ contrariam vitam degimus. B. Theodoros Studita f. 39.

Per nomen rei sumus. Salvianus l. 3. de gubernatione. Et l. 4. magis damnabilis est malicia, quam titulus bonitatis accusat: reatus impij, est ipsum nomen.

Omnino nihil prodest, nomen sanctum habere sine moribus: quia vita à professione discordans abrogat illustri tituli honorem, per indignorum actum viliterat. Id. l. 3. de Provid.

Nimis absurdum est, portare nomen alienum; & aliud dici, quàm possit in moribus inveniri. Cassiodorus lib. 8. ep. 10. Absolvo pax patris dicitur: Bonum planè nomen; sed ipse notitias hujus virtutem abnegabat. Gilbertus l. 14. in Cant.

S. VI.

Peccator est anonymus.

Nima viventis. Gen. 2. 19. Tantum vivis per gratiam imponitur nomen. Unde & Lazarus nominatur, & non dives. Nomina bonarum scripta sunt in caelo, nomina malorum in terra. Hugo Card. hic.

Corrupta est terra coram Deo. Gen. 6. 11. Cor non dixit homines; S. Chryl. hom. 24. in Gen. quia peccatum facit, ut homines suo nomine vocari non sint digni.

Unus Isoboth. 1. Reg. 14. 49. qui etiam erat filius Saulis, prolixus tacetur, non nominatur. Cur? Lyranus: non nominatur Isoboth propter defectum magnanimitatis: quia fuit pusillanimitas, & insuper ad-proclium.

Tanquam aqua decurrens. Pf. 57. 8. Aqua decurrens fluit ad mare, & quando intrat mare, ad nihilum devenit; quia nomen amittit: sic isti venientes in amaritudinem Inferni, nomen, quod sibi fecerunt in terra, amittent. Hugo Card. hic.

Nomen imperium delebitur. Eccl. 41. 14. Veteres Hebraei, Graeci, & Romani, ita nomina sceletorum detestabantur, ac opinione sepeliebant; ut illa nec nominare, nec alicui suorum indete, sustinerent. Hinc apud Hebraeos nemo sustinuit vocari Cain, Chanaan, Nemrod, Pharaoh, & apud Christianos Judas. Apud Graecos, teste Strabone c. 14. cavebant Ephesi, nomen ejus, qui Dianæ templum incenderat, pronuntiare. Cornelius hic.

Recedentes à te in terra scribentur. Jer. 17. 13. Quia, quod in terra scribitur, vel pulvere clationis, vel aqua carnalis voluptatis, cito deleat. Hugo Card. in Gen. c. 2.

Improbi fecit Dan. 13. à v. 5. eo capite nunquam nominantur. Nec Matth. 1. mater Solomonis.

Quis hi in speculum æternum. Matth. 25. 46. Meministis nomina, & titulos, quibus Mundus potentes honorat? quævis mali sint. Videte, quo nomine Christus eos hic appellet. Imit hi, Vix habet Mundus nomen viljus, quàm cùm dicitur hic; iste hoc eos Deus nomine vocat. Diez conc. 4. D. 1. adv.

Mulier in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Non queritur hic nomen: quia peccatores, quando sunt in peccato, de libro Domini nomi deleti. S. Anton. Pad. c. in fer. 5. post D. Paf. Nomen Mariz sanctitatis inseparabiliter est adjuncta: quod cùm agit B. Lucas c. 7. de penitentia Magdalenz; propter

hujus nominis reverentiam non ausus fuit Mariam, sed mulierem nominare. Sed paulo post scilicet c. 8. cùm dicit eam justificatam à Domino, de suis facultatibus illi ministrare, vocat Mariam. Richardus à S. Laur. lib. 1. de laud Vig. c. 2. Erat quidam mendicus nomine Lazarus. Luc. 16. 20. Ubi ergo nomen divitis? nusquam; quippe qui nomine carcat. Quantæ divitiæ! arbor foliis vernans; sed fructu destituta: quercus in altum protensa; quæ glandem brutis animantibus in cibum suppeditat. S. Chryl. tom. 6. tr. in terræ motum.

Homo quidam erat dives. Luc. 16. 19. Hinc, tanquam durum, & in pauperes inhumanum, Dominus anonymum nominative expertem, inducit: nempe ut exemplo id confirmet, quod per Prophetam aliquando de iis pronuntiar, qui Deum non metuunt. Pf. 15. 4. nec memor ero nominum eorum per labia mea. Pauperem verò proprio nomine designant: sicut quæ tales in Dei lingua, & ore observantur. S. Titus Boltr. hic.

Scio opera tua, quia nomen habet, quod vivas, & mortuus es. Apoc. 3. 1. Occultum opus ejus, qui nomen habet, quod vivat; & mortuus est: nam cujus peccatum publicum, & notum est, non hic habet nomen, quod vivat. Rupertus hic.

Idcirco pueris in baptismo nomen datur: quia tunc in albo iustorum recensentur. Antea nomen carent, quia filii iræ, & non gratiæ. Alvarez in Gen. 33. Illust. 16.

TITULUS VI.

NOMEN JESU.

S. I.

Figura, & Symbola.

Vocavitque Olee filium Nave, Josue. Numero 13. 17. Moses Olee nomen mutavit in Jehosua; & præfixa ad nomen Hofex littera jod. Primo, ut certiorum ipsi Josue, & populo per ipsum, salutem, & victoriam de Chanaanis promitteret; quam hac exploratione inchoabat: Hofex enim significat salva unde hosanna idem est, quod salva quæso. Jehosua autem significat, qui salvabit. Secundò, ut innueret, multa ei bona largiturum Deum, qui priorem litteram nominis sui tetragrammati, scilicet Jod, addidisset. Nomen sic ei mutatum, cùm dux militiae, contra Amalecitas esse constitutus, coque debelavet. Alii censent, Olee nomen mutatum fuisse, cum designatus esset explorator terræ sanctæ: tunc enim periculo mortis ultro pro populo fe obtulit. Tunc enim magnanimus, est imperterritus apparuit; ideoque dignus, qui novo hoc, & augusto nomine donaretur. Scorpallum, Josephus, & Philo l. de claritate Hebr. Jeseu, seu Josue, vertuntur; id est Jesus. Epiphanius hæres. 29. Jesus, ait Hebraica lingua Curator appellatur; aut medicus, & Salvatore. Cornelius hic. Tres homines hujus nominis in Scripturis fuisse legimus: Jesum Syrach, Jesum Josedech, & Jesum Nave; qui omnes nostri Jesu figuram, & tyrum gesserunt; sed præcipue Jesus Nave. Si quidem Jesus Syrach propter sapientiam, Jesus Josedech propter sacerdotium; sed Jesus Nave propter salutem, quam attulit populo, quem de solitudine in terram promissionis introduxit. Bellarminus conc. 3. sup. miss.

Oleum effusum nomen tuum. Cant. 1. 2. Dum unguentum effusum vocat nomen Jesu Christi, immensam ipsius misericordiam, atque pietatem erga nos ostendit. Philo Carpath. hic.

Oleum effusum nomen tuum. Ib. Oleum non tantum ex olivis, sed ex quolibet flore, herba, aromate, distillatur, quod totam rei substantiam, succum, & vim, exigit; unde à medicis vocatur quinta essentia: quæ si cum oleis aliorum aromatum scitè commisceatur, unguentum facit præstant. Hinc, Sept. Vatablus & alii, vertunt: unguentum evacuatum nomen tuum. Syrus: unguentum myrrha nomen tuum. Cornelius hic.

S. II.

Excellentia.

Edisti eis Salvatorem. 2. Esdr. 9. 27. Lego Judices à Deo leccios, vocatos esse, non belli duces, non auxz principes, non Dominos, sed augustiore nomenclatura. Salvatorem. Judic. 3. 9. Num. 23. 17. Vocavitque Olee Josue Abulens. q. 37. ad significandum; quod Moyles præficebat Josue alii exploratoribus; ideo vocavit Salvatorem, id est, quod habere curam de aliorum salute. Velloso in Judith. 5. Par. 26.

Liber Jesu Christi filii David. Matth. 1. 1. Cor non ponit titulos splendidos divinitatis; majori gloriatur titulo Jesu Salvatoris. Prius fe Christum Salvatorem, quam regem hominum agnosci vult. Id. ib. In eo, quod dicitur Jesus, Deus esse asseritur; & ipsam celsitudinem filii Dei potius voluit salvandi operibus ostentare, quàm speciosis titulis, & nominibus filii Dei. Rupertus apud Sylveiram hic q. 9. Cur prius ponitur nomen Jesu, & postea Christi? Quia nomen Jesus, id est, Salvator, dicitur merito; Christus verò dignitatem. De merito ergo

po-







TITULUS V. NOVITATES.

S. I.

Christus D. eas vitat.

Um jejunasset quadragesima diebus. Matth. 4. 2. Cur Christus elegit ad jejunandum numerum quadragesimum? Ne excessu jejunii pariat admirationem; & quid inaudicium introducat. Poterat enim Christus jejunium Moysi & Elie, transcendere; sed pro singularitate vitanda noluit. Id. c. 3. hic q. 8.

Poenitentiam agite. Matth. 4. 17. Cur Christus Dom. iisdem Joannis. Matth. 3. 2. verbis suam inchoat predicationem? Cajet. hic. Observandum, quod Jesus ab eadem materia inchoat suam predicationem, a qua inceperat Joannes preparatione. Jesu vero perfectione, hanc materiam predicabat: tum ad confirmandam predicationem Joannis; tum ab exemplum nostrum; ut non dedigneretur inchoata ab aliis, etiam minoribus bona prosequi. Sylveira l. 3. c. 1. q. 20. de Joanne predicante.

Non veni solvere legem. Matth. 5. 17. Alii Joannem Baptistaum. Matth. 16. 14. Cur dicunt eum unum ex defunctis Patribus? Venit Christus novus homo in hunc Mundum; cur non dicitur, & judicatur, novus homo? Fugebat novitates: eosque mores in suis actionibus exhibebat, qui jam erant in aliis agniti. Id. in Ioan. 5. q. 19. Nemo in Jesu cernebat; quod non veterum moribus confirmatum. Baeza t. 2. l. 10. c. 5.

Deprecabantur eum ut imponat illi manum. Marc. 7. 32. Cur impositione manuum Christi hunc miserum sanatur? Veterum morem Christus teneri voluit, qui idem fecerunt: ut Elias, & Elifaeus. 3. Reg. 17. 21. 4. Sic optat fieri leprosus Naaman. 4. Reg. 5. 11. Sylveira hic q. 5.

Quicumque ille (Pater) fecerit, hic etiam similiter facit. Io. 5. 19. Cur unus tantum sanatur a Christo? sicut Angelus unum sanatur, ita & Dominus; nec plures, licet posset. Unde arguitur, qui in suis actionibus novitatem affectant, & supra alios aliquid addere conantur. Sylveira hic q. 19.

Expulsi in terram, & fecit lucum. Io. 9. 6. Sumptit Dominus lucum de terra, & plasmavit hominem: quapropter Dominus expulsi in terram, & fecit lucum, & superlinivit illud oculis, ostendens antiquam plasmationem. S. Irenaeus l. 5.

Maria duxit pedes Jesu. Ioan. 13. 3. Ne peregrina adinventiois studeas superinducere novitatem: nam & ipse, qui est, Magister Angelorum, in caelo, morem in terra tenuit, quem invenit; nec designatus est; terrenam servare consuetudinem. Nam cur sibi caput, & pedes, unguento confregit muliebris ministerio passus est? nisi, quia Palaestina, atque Iudaea; regionis mos erat, ut ejus aecola crebris ungeretur. Petrus Dam. ep. 106.

S. II.

Alia Motiva eas vitandi.

Eda Partium nostrorum. Judith 6. 17. Cur Bethulienfis inchoant sermonem hoc titulo? Est frequentior in Scriptura. Ex. 3. 15. Deut. 1. 11. Ios. 18. 3. Act. 3. 13. Credo Hebraum hac loquendi forma laudatum ab antiqua fide, ac monitum, ne a sacra parentum via habeat. S. Aug. l. de anima: semper viris sanctis suspecta novitas. Velloso hic Par. 12.

Quare discipuli tui transgressionem traditionem seniorum? Matth. 15. 2. Non erant traditiones Majorum; sed depravationes ab eis inventas, quas colorare volebant nomina majorum; ad introducendas suas novitates, semper enim sanctionem novitas placet improbis. Unde Paulus 1. Timoth. 6. 20. devotans profanas vocem novitates. Sylveira addit. in Matth. hic. Habet hoc proprium humane mentis fragilitas; quod promptus novitatibus, quam summis veritatibus, delectetur. Sim. Caff. l. 9. c. 34.

TITULUS VI.

NUPTIAE.

Conversus sunt nuptia in Iudum. 1. Machab. 9. 41. Sic sepe in Mundo plausus vertitur, & extrema gaudii luctus occupat. Cornelius hic.

Vocatus est autem & JESUS ad nuptias. Io. 2. 2. felices nuptiae; felices illae, quibus Christus est praesens; non luxu; sed virtutibus consecrantur. S. Chrysol. l. 157. Vocent omnes Christum ad nuptias; ut aut eas ex toto cassificent; aut nihil in iis agant, quam Christiferam deceat sanctitatem. Sim. Caff. l. 5. c. 1.

Non tantum boni est in nuptiis; quod speramus, quantum mali, quod accidere potest, & timendum est. S. Hier. ep. 11. Vide plura Matrimonium.

TITULUS I. OBEDIENTIA.

Erga Deum, & Superiores.

S. I.

Figurae, Symbola

Ex Veteri.

Etique ei tunicam polyamiam. Gen. 37. 3. Obedientia talaris est tunica; quam Ioseph, quod sonat aescrescens, vel augmentum, idest, quilibet perfectus, dono clementioris gratiae, quae est mater credentium, singulariter induit. S. Bern. s. in Coena D.

Pascitur inter lilia. Cant. 2. 16. Est Christo obediendum: quia obediens ei sunt lilia; habentes candorem munditiae. S. Thom. Aqu. hic.

Ubi erat impetus Spiritus, illic gradiebatur. Ezech. 1. 12. Rotae, in quibus est spiritus vitae, semper eunt in voluntatem Domini perficiendum; nec revertuntur ad faciendum suam. Si jubetur praesae; praesunt in sollicitudine: si jubentur subesse; in humilitate; si aliquibus esse; in charitate. S. Bern. tr. de dignit. div. amoris 8.

Stella vocata sunt, & dixerunt adsumus. Baruch. 3. 34.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Vidimus stellam. & venimus. Matth. 2. 2. Stella hominis Fidelis est obedientia, ductusque superioris. Corn. hic.

Impleverunt ambas naviculas. Luc. 5. 7. Dux naviculae, praelatura, & subiectio iustis, & obedientia. Sim. Caff. lib. 9. cap. 15. l. 2. q. 10. q. 11.

Statim prostravit, qui fuerat mortuus; ligatus manus, & pedes, insitit; & facies illius subario erat ligata. Ioan. 11. 44. Comprehende, si potes, quemadmodum clausis oculis iter carpat vincitibus pedibus gradum dirigat: virtute enim divina perceptionis operante natura suam non requirit officium; non jam suo ordini, sed divino mutui, serviebat: agebatur prius quam parabatur incessus. S. Ambros. l. de fide resur. apud Baeza t. 1. l. 2. c. 10. S. 2.

Cervix tua sicut redimicula. Obedientia eius, cervicis appellatur. Cervix ergo eius speciosa facta est sicut redimicula, & merito: quam enim prius praevaricationis inobedientiarum fecerat, nunc obedientia fidei speciosam fecit, & pulchram. Orig. in Cant. 1. hom. 2.

Vir quidam Ildorus nomine, Alexandriae civitatis primarius; in ipso coenobio ante hos annos seculo abrenunciavit. Hunc pastor ille mirabilis suscipiens, aperuimus; & superius, aspectu ex ipso conciens, ad eum ait: si revera iugum Christi tollere decrevisti; volo, ut ante omnia te obedientiae laboribus exerceas. Cui ille: sicut fabro ferrum subiectum est; ita & ego arduissime me ipsum obedientiae expono. Ioan. Climacus gr. 4. de obed.

Rogatus S. Franciscus, quis verus obediens iudicandus? tolle, inquit, corpus examina; & ubi placuerit pone. Videbis non dignare motum, non murmurare suum, non reclamare dimissum. Quod si statuerit in cathedra, non alta, sed ima respiciet: si collocetur in purpura, duplo pallefecit. Iongen de Sac. profess. Exh. 30.

Obedientia est spontanea mors, & sepulchrum propriae voluntatis. Ioan. Clim. gr. 4. de obed. Sicut membra iudicantur paralitica, quae non moventur ad imperium capitis; sic perverus est Religiosus subditus, qui non sentit motum, & imperium Patris spiritualis. S. Bonav. dict. Sal. c. 20. de Religione.

Obedientia navis est, qua obediens navigat per hoc mare magnum praesentis vitae; ut perveniat ad portum salutis aeternae. S. Bernardinus f. de obed. Evangelica.

Plectratum semper instrumentum est; & esse cupit obediens; ut semper resonet Dominicum cantilenam. Sim. Caff. l. 4. c. 1.

Est obedientia turris fortitudinis, arcus securitatis, curus Dei, luna nocturna, luna meridiana, Arca Noe liberans a diluvio; arca foederis, super quam requiescat gloria invisibilis Dei. Id. ib.

Obedientia, tamquam Crucis patibulum; omnia membra hominis alstringit: non enim potest ambulare, cum velis; posita est custodia ori ejus. Sic arctata sunt membra, ne liceat eis debita explere officia. Petr. Blesens. f. 21. in Ascens. D. Reticulum, quod pro lusu pileae adhibetur: Lem. Vi modico present. Picinelli. Equus Lem. Omnia nunc. S. Chrysol. hom. de poena; eum equum laudant maxime, qui, sine ulla habenarum vi pro nutu compescitur.

Parata picturae tabula. Lem. Quae forma placuit. Bovius

S. II.

Obedientia praestans virtus.

Num. I.

Præstatur viliis.

Autem autem perfecti mihi. Pf. 39. 7. id est, perfectam obedientiam dedisti mihi; quasi verum sacrificium noluisse nec per sacrificia placatus es humano generi sed per obedientiam meam. Hugo Card. hic.

Sacrificium noluisse; autem autem perfecti mihi. Ib. Docens eos, quoniam obauditionem mavult Deus, quae servat eos; quam sacrificia, & holocaustomata. S. Irenaeus adv. her. l. 4. c. 32. Obedientia victimis iure proponitur: quia per victimas alia caro, per obedientiam vero voluntas propria maclatur. S. Greg. mor. l. 35. c. 10.

Num. II.

Obedientia praestatur aliis virtutibus.

Quod difficilis, hoc preclarior. Relinquere, enim divitias, praeterea continentiam ac castitatem servare, multis quidem Philosophis datum: se autem, propriumque arbitrium, negare, ex libero servum facere; nulli profus, nisi qui crucem Christi sequitur, concessum. Apostolorum hac imprimis virtus fuit. S. Basilus instituit. vitæ Religio/or.

Quid esse prodest, quod facultates suas abijcitur, qui voluntates proprias non relinquunt? cum sit longe praestantius voluntatibus propriis abrenunciare, quam rebus. S. Prosper. l. 2. de vita contemp. Sacerdot. c. 17.

Vili quopiam opere per obedientiam fideliter peracto, nonnumquam magis proficies in vitæ perfectione; quam sublimis exercitii ex propria electione suscepti. Ludov. Blof. parad. an. c. 27.

Melius est, ex simplici obedientia utricus, & zizaniam extirpare; quam ex propria voluntate, sublimi rerum caelestium contemplationi operam dare. Id. Saccello an. fid. S. 1.

Num. III.

Obedientia includit omnes virtutes.

Et erat subditus illis. Luc. 2. 51. Totam intermedium Christi vitam, quae est inter ostensionem etatis, & tempus baptismi, velut immenent aliquid famosi, & publici, mirabilia, & doctrinae; Evangelicae sub uno verbo colligit dicens: Et erat subditus illis. S. Gregor. in Cath. S. Thomae. Ubi obedientia regnat, nulla absesse virtus potest. Cum Christus plurima interim egerit digna memoratu, cur Lucas ea non enarrat? compendio usque, plurima paucis complexus est, cum ait: erat subditus illis. Did. Nyf. Vit. Abr. l. 1. c. 5.

Præter dicata obedientia Deo cunctas virtutes, graditur cum omnibus: nam, quomodo quae crederet, nisi obediens vocanti, & praedictanti; & captivaret omnem intellectum in obsequium fidei? Quomodo quae speraret, nisi obediens? quomodo quis diligeret diligenda; nisi vellet ex obedientia jubentis mandata pericere? unde ipsorum digna observatio, nisi ex obedientia digna? Sim. Caff. l. 2. c. 14.

S. III.

Obedientia aliis praeminent, & laudes.

Ex Veteri, & Novo.

Præterque ei dicens. Gen. 2. 16. Nonne melius fuisset, nullum dedisse praecipuum, quam positione praepcepti facere praevagationis locum: Ad hoc inquam: unde homo copularetur Deo, si non illi subligaretur obedientia iugo? si non acciperet commissum, in quo fidelis deberet existere Deo? Rupertus l. 2. c. 30. in Gen.

Extenditque manum ut immolaret filium suum. Gen. 22. 10. Abrahæ licet occidere filium suum, qui a Deo iusserat; & omne praecipuum Dei bonum est. Jephthae autem occidit filium suum, non ex praepcepto, sed ex voto suo. Abulen. in c. 11. Judic. q. 57.

Ani filia. Pf. 44. 11. Pulchritudo animae pendet ab obedientia erga Deum: anima enim, quamlibet deformis, si quidem obtinuerit Deo, deponit peccatum, & speciosa redditur. Quam hic dicat pulchritudinem perficiamus Audi filia, & conaspice. Cujusmodi decorem, five pulchritudinem, concupiscit? nimirum animae. Undenam? quia obliata est. Audi igitur, & obvia. Dic peccatrici animae, audi. Quod si obaudieris, mox vide, quali decore exornanda sit. S. Chrysol. hic.

Filius sapientiae obedientia, & dililio. Eccl. 3. 1. Jungit obedientiam charitati: ut ostendat in praxi, unam alteri quasi foretorem forori faciendam esse; unamque ab altera compleri, & perfici. Hæc enim dilectio obedientiae, qua primò diligunt suos Praelatos, quasi suos parentes. Secundo diligunt id, quod

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

jubetur. Terò diligunt ipsum obedire; facit facillim, & perfectam eorum obedientiam. Nam, ut ait S. Leo f. 4. de jejunio Septimi mensis: obedientia mollit imperium: nec dura necessitate ibi servitur, ubi diligitur, quod jubetur. Cornelius hic. Confurge, confurge; induere fortitudinem brachium Domini. Il. 51. 9. Ach dicat: quid tam diu te continens in sinu Patris d brachium Domini? confurge, & induere pulchram, & fortem, & fortem dilectionem; pulchram, obedientia charitatem. S. Rupertus l. 2. in If. hic.

Et responso accepto in somnis. Oc. Matth. 2. 12. Reges tres, juxta Hieronymum, a Domino responsum acceperunt. Videbuntur Reges magis a Domino pro Joseph honorati: sed in hoc micantiù respicendit obedientia Joseph: nam obtemperare divinis mandatis; dum per ministrum imponitur, obedientia summa & apex est. Sylveira in Apoc. 1. 1.

Ad nullam illarum missus est Elias. Luc. 4. 26. Cur non ponitur cum aliqua laude, sicut Joannes. Matth. 11. 9. 10. vocatur plus quam Propheta, & Angelus. Petrus, Matth. 16. 17. beatus. Et hic Elifaeus propheta vocatur. Elias Monachus, cui nihil illustrius, quam obedientia, quae in hoc notatus missus est. Alii dicuntur prophetae, & angeli, Ecclesiae fundamenta: at Elia summa gloria, quod missus, & obediens. Sylveira in Matth. 13. c. 3. q. 17.

Oculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. Luc. 7. 38. Qui Jesum diligit cum Magdalena, pedes ungit operibus vitæ activæ, caput contemplativæ. Item: pedes ungit, proximis misericorditer subveniendo: caput, quomodo Praelatis amorem, honorem, obedientiam praestas. De Pontein Cant. 1. l. 1. Exh. 32. S. 2.

Apparuit illi Angelus confortans eum. Luc. 22. 43. Cur non hic quoque vox Patris auditur, ut in baptismo. Matth. 3. 17. & in transfiguratione. Matth. 17. 5. hic est filius meus dilectus. Cur hic solum adest Angelus confortans? 32. Christus hic summam exhibebat obedientiam: non sicut ego volo; sed sicut tu. Et, ubi tanta obedientia resurgit, vox Patris non requiritur. Sylveira addit. in Matth. 2. q. 10.

Quasi filii obedientia. 1. Petri 1. 14. Filii obedientiae vocantur dediti & plane addicti obedientiae: ut ex ea, quam matre, progeniti, planeque obedientiae indolem, & naturam; imbibisse videantur. Hi sunt fratres Angelorum; qui sunt potentes virtute, scientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus. Pf. 102. 20. Cornelius hic.

Ex Patribus, & aliis.

Ad promerenda aeternae vitae gaudia non exquiritur qualitas operis; sed moralitudo propriae, & executio alienae voluntatis. S. Gregor. in 1. Reg. 3. l. 3. Exposit.

Vitium sunt obsequia obedientium: quia, cum hominibus pro Deo subijcitur, superbus spiritus superamus. Ceteris quidem virtutibus demones impugnamus, per obedientiam vincimus. Id. l. 4. in c. 10. Reg.

O quale, quantumque sacrificium! suam voluntatem omnino postponere, & totum se ad alienum arbitrium exponere; nihil sibi de semetipso reservare. O quam libenter concinaxo altaris, qui se, propter ipsum, ad omnem obedientiam subdit. Cum quanta conscientiae securitate verus obediens ad thronum gratiae illius accedet, qui saltem est Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Philipp. 2. 8. Richard. a S. Vict. de sacrificio David Prophetae.

Non sic Diadema in capite positum regem illustrat, atque obedientia. S. Chrysol. hom. 32. in Gen.

Voluntatem propriam a te excindere, perinde est, ac si proprium fundas sanguinem: sed & hac homini imputatur pro victima. S. Antiochus hom. 39.

Obedientia principium divinae dilectionis. Id. ib.

Censeri debet pro regula generali: illud esse melius, pulchrius, nobiliss, utilius, delectabiliss, honestiss; quod est obedientia proximus; sit illa res, in qua obeditur, vilis, abjecta, inutilis, laboriosa, stulta; solo peccato excluso. Ioan. Gerlon. Confid. 2. ad Religiosos.

Est sine sanguine fuso martyris, qui latè portat obedientiae pondus. Sim. Caff. l. 4. c. 1.

Referam obedientiam in amorem: imò dico, obedientiam & charitatem, prout ab ipso Deo primo instituitur, nulla ratione differre: nam amor amato obsequitur, & subijcitur; & tantò subijcitur verius, quanto amat ardentius. Id. ib.

S. IV.

Obedientiam quam sit grata a Deo.

Quod praecipio tibi, hoc tantum facito Domino; nec addas quidquam, nec minuas. Deut. 12. 32. Certè immunitio vitari debuit: quia quiddid immunitum, habetur omnibus imperfectum. Prohibere verò honestum additamentum, in religiosi studii ad speciem vergit incommodum. Cur, qui arietes duos Lege tenetur offerre, nequirer quatuor litare? sic scilicet placet Deo obedientia, ut non semel vel exiguum obsequium appareat de obedientia gratius, quam sine obedi-